



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093



LECTORI S.

Quamuis in hoc opere præcipue intenderam commodare Religiosis; tamen inueni opus ita dispositum, vt omni hominum generi qui se virtuti dant, prodesse posset, vt in prima parte diximus. Et præsertim secunda hæc pars maxime accommoda est secularibus, qui sincere volunt Deo seruire. Omnibus enim bene examinatis inuenitur huiusmodi vt industrios agricolas in initio debere proscindere & arare terram cordis mortificatione passionum & appetituum inordinatorum, compecentes præsertim linguam & alios sensus, humiliâtes se coram Deo, ad consequendum desideratum fructum boni seminis, quod inde seminabunt. Hinc est quod in primis tribus tractatibus agimus de mortificatione, modestia, silentio & humilitate, in quibus virtutibus Christianus principio conuersionis sese exercere debet. Et quandoquidem monet Spiritus sanctus, quando nos damus ad seruiendum Deo, vt stemus cum timore, & præparemus nos ad resistendum tentationibus; agimus tractatu quarto de bonis & utilitatibus, quæ inde emanant, & damus media ad easdem superandas. In quinto & sexto tractatu traduntur quedam impedimenta, quæ famulis Dei accidere solent, & explicatur quanti momenti sit, esse vegetum, contentum & hilarem in via virtutum, effectus sane mirabiles, qui in animam redundant, unde animaduertitur thesaurus & magna diuitia, quas in Christo redemptore nostro & in eius passione possidemus. De quibus in septimo tra-

*

2

Etatu

LECTORI.

Statu disputatur, & indicatur modus obseruandus in meditatione be-
rum maximorum mysteriorum, & fructus inde percipiendi. Et pro co-
clusionem secunda huius partis docetur, qua ratione nos preparare con-
ueniat ad sumendum sacro-sanctum Sacramentum Eucharistiae, & qua
inde utilitas paranda. Quae omnia practice ibi demonstrantur, ut
quilibet se ibidem pro conditione sua exercitet, & opere compleat: quod
praecipue hoc libro proponimus. Boni ergo consulat Lector exiguum istud
opus, quo & bono desiderio à Deo aspirato potietur victoria de passio-
nibus, parabit prudentiam in verbis, modestiam in actionibus, solacium
& remedium in tentationibus, magnas diuitias in Iesu Christo,
deuotionem in solitudine, & magnum fructum
in anima.

INDEX